



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

7 De sacramento pœnitentiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

catum occultum publicare : publicaret autem si ei daret hostiam non consecratam, cum alijs socijs daret consecratam. ergo sacerdos non debet dare hostiam non consecratam peccatori occulto hoc petenti. ¶ 2. Præ. Hostia consecrata a sacerdote alicui fidelis porrecta, a circumstantibus adoratur. Si ergo exhibet hostiam non consecratam loco consecrate, quantum est in se, faciet populum idolatrare, quod est graue peccatum. nõ ergo sacerdos debet peccatori occulto petenti dare hostiam nõ consecratam.

SED CONTRA est, quia sacerdos est medicus animarum, sapiens autem medicus vitæ quantum potest, periculum infirmi quem accepit in cura peccatori autem, cuius curam habet, imminet magnum periculum, si in conscientia mortalis peccati corpus Christi accipiat, quia qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, ut dicitur i. Cor. 11. ergo sacerdos bene facit, si eius periculum euitet, porrigens ei hostiam non consecratam.

RESPON. Dicendum, qd veritati non est aliqua fictio adiungenda, quia nulla est conuentio lucis ad tenebras, vt Apost. dicit 2. ad Cor. 6. & propter hoc August. probat in li. 83. q. q. corpus Christi non fuit phantasticum, quia veritas quæ est Christus, nõ potuit fallere: & ideo in sacramentis Ecclesiæ nihil est per fictionem agendum, & præcipue in sacramento altaris, in quo totus Christus cõinetur. Eset autem quedam fictio, si hostia non consecrata loco consecrata daretur: & cum etiam sacerdos quantum in se est, populo fieret idolatræ occasio, q. quamuis peccatum idolatriæ non incurretur a iustis, probabiliter hostiam esse consecratam, tamen sacerdos in hoc quod hostiam non consecratam populo exhiberet adorandam, idolatriæ crimen incurret. Vnde hoc in nullo casu est faciendum, ut hostia non consecrata exhibeatur uni, vel pluribus tantquam consecrata. Debet ergo sacerdos peccatorem occultum primo quidem monere, ut penitentiam agat, & sic ad sacramentum accedat: q. si penitere noluerit, debet ei occulte inhiere, ne alijs comunicantibus in publico se immisceat, quod si se immisceuerit, debet ei dare hostiam consecratam.

Vnde prima duo concedimus.

ADVERTIVM dicendum, qd stultus esset medicus, qui cum maiori suo periculo minus periculum infirmi uellet impedire, puta, si uellet ipse venenum bibere, ne infirmus biberet minum. Multo aut magis peccat sacerdos fictione faciens in sacramento Christi, q. peccator indigne sumens. Vnde stultus esset sacerdos si, ut uiraret peccatũ subditi, ipse grauius peccaret, fictione faciens in sacramento ueritatis.

QVÆSTIO VII.

DEINDE circa sacramentum penitentiæ quaesita sunt duo.

¶ Primo, Vtrum prælatus debeat subditum suum ab administratione remouere, propter aliquid qd ab eo in confessione audiuit.

¶ Secundo, Vtrum in meliori statu moriatur ille qui moritur in uia eundi ultra mare, quam ille qui moritur in redeundo.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum prælatus possit subditum suum ab administratione remouere.

CIRCA primum sic proceditur. Vt q. prælatus possit subditum suum ab administratione re-

**A** mouere propter aliquid, quod ab eo in confessione audiuit, quia quod institutum est pro charitate, contra charitatẽ nõ militat: sed sigillum confessionis institutum est pro charitate. non ergo militat contra charitatem, ex qua tenetur prælatus salutem subditorum prouidere. Est autem quandoque contra salutem subditi, si ei administratio dimittatur, uel puta, si habeat occasionem recidendi in peccatũ. ergo non obstante sigillo confessionis prælatus debet eum ab administratione remouere.

SED CONTRA est, quia nihil est faciendum in preiudicium confessionis. Eset autem preiudicium confessionis, si subditus ab administratione remoueret propter crimen qd suo prælato confessus est, quia per hoc alij retraherentur a confitendo, non ergo debet prælatus subditum ad administrationem remouere propter peccatum quod ei confessus est.

RESPON. Dicendum, quod id quod per confessionem auditur, nullo modo est manifestandum nec verbo, nec signo, nec nutu, nec etiam, aliquid est faciendum, unde in suspicionem peccati aliquis possit deuenire. Si ergo amorio subditi ab administratione possit inducere ad manifestandum peccatum in confessione auditum, vel ad aliquam probabilem suspicionem habendam de ipso, nullo modo prælatus debet subditum ab administratione remouere, puta, si in aliquo monasterio esset consuetum, q. priores non amouerentur de suis prioratibus nisi propter culpam, manifestaretur peccatum confitentis per remotionem ab administratione. Vnde si abbas hoc faceret, grauius peccaret tamquam confessionem reuelans. Posset tamen cum secreto charitatiue admonere, ut cum instantia peteret confessionem, si hoc uideret salutem eius expedire. Si vero per amotionem ab administratione peccatum nullatenus manifestaretur, puta, si in aliquo monasterio esset consuetum quod abbas pro suo libito de facili aliquos ab administratione remoueret, tunc alia occasione accepta posset subditum sibi confessum ab administratione remouere, & deberet hoc facere, cõ debita tamẽ cautela si talis administratio esset subdito periculosa in posterum, quibus etiam & in hoc casu melius esset, q. eũ induceret ad confessionem petendam. Si vero periculum in posterum non timeretur, non oportet q. pro peccato preteritorũ per penitentiam deleto eũ ab administratione remoueret, sicut etiã Aug. dicit in lib. de adulterinis coniugijs. Cur adhuc deputamus adulteros, quos credimus penitentia esse sanatos? Quandoq. enim penitentes innocentibus meliores sunt.

**C** Et per hoc patet responsio ad obiecta.

**D** cessionem petendam. Si vero periculum in posterum non timeretur, non oportet q. pro peccato preteritorũ per penitentiam deleto eũ ab administratione remoueret, sicut etiã Aug. dicit in lib. de adulterinis coniugijs. Cur adhuc deputamus adulteros, quos credimus penitentia esse sanatos? Quandoq. enim penitentes innocentibus meliores sunt.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum melius moriatur cruce signatus, qui moritur in uia eundi ultra mare, quam qui moritur redeundo.

**A**D SECVDVM sic proceditur. Videtur quod melius moriatur cruce signatus qui in uia eundi ultra mare moritur, quam ille qui moritur redeundo. Qui enim moritur in eundo quasi proficundo uotum suum, ut se exponat morti pro Christo, & ita moritur, tamquam martyr moritur: qui autem moritur redeundo, non moritur in proposito se exponendo pro Christo, & ita moritur quasi confessor: sed maior est status martyrum quam confessorum, ergo in meliori statu moritur qui moritur in eundo, quam qui moritur in redeundo.

SED CONTRA. Qui moritur in redeundo, iam consummauit uotum suum: qui autem moritur in eundo, Quodlib. S. Tho. E 3 do,

Art. 38. q. 4. dist. 20. q. 1. artic. 2. q. 3. ad 4.

do, nondum consummavit, sed est quasi in principio: perfectum autem melius est imperfecto, & finis principio. ergo melius moritur in redeundo, quam qui moritur in eundo.

RESPON. Dicendum, quod quanto aliquis cum pluribus meritis moritur, tanto melius moritur: merita autem manent homini non solum illa quae actu agit, sed etiam illa quae iam fecit, quasi apud Deum deposita secundum illud 2. ad Thim. 2. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare. Manifestum est autem quod ille qui moritur in redeundo de ultra mare, ceteris paribus, cum pluribus meritis moritur, quam ille qui moritur in eundo. Habet enim meritum ex assumptione itineris, & ulterius ex prosecutione, in qua forte multa gravia est passus: & ideo, ceteris paribus, melius moritur ille qui moritur redeundo, quamvis ire sit magis meritorium quam redire, genus operis considerando.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illud propositum exponendi se morti propter Christum, habuit etiam iste in eundo, nec hoc meritum perdidit, si se a peccato immunem custodiuit.

QV AESTIO VIII.

DEINDE circa matrimonium quae sunt duo. Primo, Si aliquis despondeat aliquam per verba de futuro, & postea carnaliter cognoscat, non quidem quasi consentiens in matrimonium, sed solummodo volens fraudulententer surripere copulam carnalem, si postmodum contrahat cum alia per verba de presenti, utrum secunda sit vxor eius.

Secundo, Si vir accuset vxorem de adulterio occulto, utrum mulier teneatur in iudicio suum peccatum confiteri.

ARTICVLVS XV.

Utrum ille qui cognouit carnaliter quam sponderat, post sit habere vxorem illam cum qua postea contrahit per verba de presenti.

CAUSA primum sic procedebatur. Videtur quod ille qui cognouit carnaliter quam desponderat per verba de futuro, non possit habere vxorem illam cum qua postea contrahit per verba de presenti. Iudicio, in ecclesia copellitur stare cum prima, quam carnaliter cognouit, sed ecclesia potest facere personas illegitimas ad contrahendum, ergo videtur quod talis non possit cum alia muliere habere matrimonium, & ita illa cum qua secundo contrahit per verba de presenti non erit vxor sua.

Sed CONTRA est, quod error hominis non prauidet veritati matrimonij: sed ex errore hominis praesumentis esse consensum, ubi fuit carnaliter copula, contingit quod per iudicium ecclesia compellitur aliquis illam habere, quam cognouit carnaliter post contractum per verba de futuro, ergo non prauidet veritati secundi matrimonij, quod est hinc contractum per verba de presenti.

RESPON. Dicendum, quod sicut Leo Papa dicit, Causa matrimonij est consensus per verba de presenti expressis, sine quo caetera etiam cum coitu subsecuta frustrantur. Remota autem causa, remouetur effectus: unde cum in primo matrimonio ponatur non fuisse consensus, manifestum est quod non fuit matrimonium, & quia posita causa ponitur effectus, consequens est ut

secundum fuerit matrimonium, in quo ponitur fuisse consensus per verba de presenti expressis inter personas a matrimonio solutas.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ecclesia in his quae ad matrimonium pertinent, tripliciter se habet. Uno quidem modo per modum iudicantis, & quia homines vident ea quae apparent, sed quod dicitur Reg. 16. Oportet quod iudex ecclesiasticus iudicet ea quae sibi apparent per confessiones partium, & per idoneos testes, & per alia legitima documenta, quibus in omnibus adhibitis contingit quandoque veritatem late re, & praecipue in his quae pertinent ad interiores cordis, quae humano testimonio probari non possunt, etiam si aliqua signa exteriora de his possit aliqua ecclesia haberi: & ideo iudicium ecclesiae in his quae ad matrimonium pertinent, si veritas lateat, non impedit sequens matrimonium contrahendum, nec dirimit iam contractum. Alio modo se habet per modum prohibentis, vel punientis, & hoc quidem impediat matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum, puta, vxoricide pena imponitur ecclesiae, ut vitetur a matrimonio abstinere si non contraxerit, matrimonium non dirimitur. Tertio modo se habet per modum statuentis, quod fit solum auctoritate summorum pontificum: & in hoc persona aliqua redduntur illegitima ad contrahendum, ita quod etiam contrahat, matrimonium dirimitur, ut patet in quibusdam gradibus consanguinitatis & affinitatis vel etiam de adulteris, cum quis debeat eisdem de continentendo, vel cum machinatus est in mortem vxoris.

ARTICVLVS XVI.

Verum mulier accusata de adulterio occulto teneatur suum peccatum in iudicio confiteri.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod mulier accusata de adulterio occulto, non teneatur suum peccatum in iudicio confiteri. Solus enim tenetur suum peccatum occultum publicare: sed adulterium mulieris est occultum. Si autem in iudicio confiteretur ipsum, veniret in publicum, ergo non tenetur mulier accusata de adulterio suo peccatum in iudicio confiteri.

Sed CONTRA est, quia debet praestare iuramentum de veritate dicenda, sed nullo modo debet deicere, ergo debet veritatem confiteri de suo peccato.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc est visus linguae. Si enim adulterium sit omnino occultum, non debet per se in iudicio confiteri, nec debet ab eo cogi iuramentum de veritate dicenda, quia secretum solum iudicio reservatur, sicut dicitur ad Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, quousque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita regni huius: sed quando ex adulterio procedit infamia, vel aliqua signa eiusdem apparent, quae vehementer in iudicium facere possunt, vel quando est semiplene probatum, tunc debet ab ea exigi iuramentum de veritate dicenda, & ipsa tenetur confiteri veritatem.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

DEINDE circa virtutes quae sunt duo. Primo, Circa iustitiam, scilicet si aliquis incidens in latrones, promittat eis pecuniam pro sua liberatione, si mutuo eam accipiat ab aliquo suo amico, verum reddi vera accipitur.

Secundo

4. dist. 27. ar. 2. & q. 2. c. 4. dist. 28. ar. 1. q. 2. de contractu marit. monij.

4. dist. 27. ar. 2. & q. 2. c. 4. dist. 28. ar. 1. q. 2. de contractu marit. monij.

4. dist. 27. ar. 2. & q. 2. c. 4. dist. 28. ar. 1. q. 2. de contractu marit. monij.

4. dist. 27. ar. 2. & q. 2. c. 4. dist. 28. ar. 1. q. 2. de contractu marit. monij.